obstringi debent, cui, et S. R. M. Successoribus, seu naturalibus Dominis, necnon Poloniæ Regno omnem fidem, obedientiã, submissionem et subiectionem præstare tenentur. 5a. Constitutionibus, exactionibus, vectigalibus inusitatis extraordinarijs, et à reliquis Ordinibus Poloniæ Regni non laudatis, cum Ejusdem Subditi minimè aggravari debent, sed eadem quã cæterorum Regni Poloniæ incolarum debet haberi ratio, ita tamen ut ab omnibus huoi exactionibus, seu Contributionibus quinquennium liberè esse debeant, tempore autem exactu communi cum reliquis Regni Subditis iure censebuntur. 6a. Ser.mus Rex Daniæ vigore istius transactionis, receptã summã triginta millia Tallerorum Imperialium ab Ill.mo Georgio Friderico Malchione Brandenburgen in Prussia Duce Ser.mo Poloniæ Regi totique Reipublicæ Ejsdem Piltinen realiter tradidit, deque Iure suo cessit.

In consensu per Ser.mum Regem diu. recor. Sigismundum III. Ill.mo Balthasari Bathorea super redimendo isto Ejsdem anno 1588. die 3a. Junij dato hec specialia continentur.

Cum bona Ejsdem Curonen que antea ab Ill.mo olim Ipse Regno Holsatiæ Duce possessa